

plus appropinquando, &c. Hoc vivendi genus requirit integritatem, hypocrisis nec non electiis cultibus oppositam. Col. II, 23.

(2) justitiam non sufficit ex lege scire, sed opus est, ipsammet etiam exactè, ubivis & in omnibus exptere. Caro ad hæc prorsus inepta: Spiritus emendat viresq; surrogat, ut tamen, ut in vita hac nunquam evadamus perfecti, 1. Cor. XIII, 9. seqq.

(3) Necessaria proin sunt bona opera, sed non ad salutem, vel promerendam, vel conservandam &c. vid. art. IV. Form. Conc. Matth. V, 16. 1. Tim. IV, 8.

(4) Veritatis in sermone studium sit fervidum & accuratum: vid. VIII. præcept.

#### USUS E VERSU III.

(1) Famam proximi non ledit pius delatione insidiosæ, calumniis, modisvè aliis: vid. VIII. præcept.

(2) Proximo non facere debemus malum sive verbis, sive factis, adeò ut nec ejus corpori, nec animo, nec facultatibus, nec familiæ per nos ægre fiat, damnunve attrahatur ullum vel ignominia. Hæc tota decalogi secunda tabula.

#### USUS E VERSU IV.

(1) Pravi, ut in mundo emineant, curari tamen hanc debent. Aliud interea est officium, aliud persona improba, officio illo fungens. Honorare possumus Casarem, Pila-

rum, Felicem atque Festum, (Rom. XIII, 7. seqq.) ut in corde nostro hos tanquam Satanae mancipia vilipendamus, proq; horum conversione simul devotè suspiremus. Conf. Esth. III, 2. Eph. V, 11. Jes. V, 20.

(2) Exesto omnis assentatio, subdola simulatio, intempestiva admiratio; frequentior conversatio, &c.

(3) Honoris fundamentum pietas: ob hanc magnificat apud nos pauper Lazarus, miser scholaris, rusticus, aut alioqui facultatibus destitutus. Honor non absolvatur externis gesticulationibus, compellationibusve vanis, verum adsit etiam interior aestimatio, & pro ratione personæ honoranda, realis beneficentia, qualis debetur parentibus honorandis, Matth. XV, 4. seqq. nec non animarum pastoribus 1. Tim. V, 17. &c.

(4) Perjuria cavenda sedulo, vid. præc. secund.

#### USUS E VERSU V.

(2) Usura unà cum quovis lucro illicito à piis abest longissimè. Egenis citius dant, quam ut ipsorum opes captent. Regula Christi quæcunque vultis &c. Matth. VII, 21.) moderatur hic omnia, vid. VII. præcept. Sirac. XXIX, 2. seqq. Luc. VI, 34.

(2) Deforme vitium est dorophagia. Munera non prohibentur in discriminatè omnia, sed quæ propter causam vulneratam, periclitante innocuo, offeruntur, queruntur, accipiuntur. vid. Fessel. mutat. imper. p. 185. seqq. aliosque hujus generis scriptores.

## PSALMI XVI. DISPOSITIO.

Christus triumphans. Ne corrumpere.

Continetur hinc Messia I. precatio: ubi (1) Petitum ad Deum (יְהוָה) ceu Ps. XXII, 2.) est: *custodi me v. 1.* (2) petiti ratio: (a) *speravi in te*, ibid. (b) *Deum unice amplector Dominum meum*: v. 2. (c) nullam extra hunc agnosco beatitudinem ibid. (d) unice delector sanctis Dei in terra cultoribus: v. 3. (e) abominor aliorum proclives: v. 4. (f) *Deus mea portio*: v. 5. 6.

II. Pollicitatio (a) laudis: *benedicam Do-*

mino, v. 7. ratio: *consuluit mihi*: adjunctum, *castigabunt me*, vel *extimulabunt ad hoc laudis officium*, *renes mei etiam noctu*: ibid. (b) *venerationis*; *pono Deum coram me jugiter*: v. 8. ratio: *est mihi à dextris, ne movear*. ibid. (c) *Exultationis*. v. 9. ob securam carnis in sepulcro quietem; ibid. ob liberationem e morte, v. 10. ob corruptionis averfionem, ibid. ob æternæ beatitudinis collationem: v. 11.

## PSALMUS XVI.

### EXPLICATIO VERSUS I.

מִכְתָּם

Ornamentum aureum, aureolum, κειμήλιον: i. e. psalmus, aurò charior, præstantior, utilior; ad quem David pressus fugiebat, tanquam ad Mammonam avari; (Job. XXXI, 24; לְהַחֲמִי) Descendit à Rad. כָּתַם emicare, splendere, Jer. II, 22. peccatum tuum &c. hinc כָּתַם aurum splendens ac nobile, quale verbi gratià est Indicum aut Arabicum. hinc Aurum יָסָר Cant. V, 11. Ophir, Job XXVIII, 16: purum, ib. vers. 19. &c. confer Waser. num. an. p. 21. Tribuitur hic titulus VI, Psalmis: huic, item 56. 57. 58. 59. 60. nimirum quia juxta Aben Efram sunt כָּתַם כָּתַם כָּתַם כָּתַם pretiosi instar auri optimi ac amabilis. Syrus omittit: LXX reddunt σὺλ: γογγύσια. Vulg. tituli inscriptio; quos Grotius opinatur legisse כָּתַם כָּתַם scriptura, sicut Capellus Hieronymum conjicit legisse כָּתַם כָּתַם dum vertit: *humilis & simplicis*. Verùm satisfecit huic Buxt. anticrit. p. 769. At cum Lutherò nostrò faciunt Burgenfis, Rivetus, Lud. de Dieu, Arias, Osiander, Mollerus, Gesn.

Belge, Coccejus. Sensu literali hinc unice de Messia agi, & non de Davide, solidè probavit Dn. D. Calov. contra Grotium ann. ad vers. 2: quem vide, item Tarnovius. Sic ingenuè Coccejus: *omnia hujus Psalmi rectè & optime Christo convenire, demonstrare conabimur &c.* Quam bellè Rabbinus hinc colligant, Davidem natum circumcisum, lege apud Dn. Wagenfeil. Sota p. 199. & 1109.

יְהוָה *custodi me*: h. e. benignè me protege ab omnibus injuriis, quæ me quòcunque modo à bonò meò proposito, aut ab officii expletione impedire possunt. יְהוָה est accuratam alicujus rei gerere curam, ubi quis aliis posthabitis unum termè hoc in oculis habet, instar vigilis agrum vel vineam custodientis, aut instar agricolæ, tempestates ventumvè observantis Coh. xi, 4. &c: Ita & Deus piorum dicitur יְהוָה Psal. CXXI, 4. Prov. II, 8. &c. quos custodit instar pupillæ, Psal. XVII, 8.

יְהוָה *speravi & adhuc spero*: (indicatur enim actus continuus, vide Gram. p. 26.) h. e. omne meum in Te pono refugium aut præsidium, I tibi